

## Capitulū quintū.

postea nō iurare mandauit. Qui ergo in iurando nō timet dei preceptuz ne gligere. nec in piurādo timebit. Quid aut vis? Timet deū an nō timet deū? Si timet etiam sine iuramēto nō mētur. Si aut nō timet neq; cū iuramēto potest dicere veritatē. Audite vos clerici qui iurantibus euangelia scā portatis. quō potestis ab illo iuramēto esse securi: qui sanctum piuris daturis. Nunquid qui ignem portat vnde cōstetur incendium: alienus est ab illo incendio? Aut qui gladium portat vnde homicidiū cōmittatur: nō est socius homicidij illius? Sic et qui occasionem piurij prestat: collega fit piurij eius. Si erat bene iurare iustū: iuste dicebatis quia dedim⁹ illis euangeliū vt iurent. nō vt piurent. Nūc aut cum sciatis q; et bene iurare peccatum est. quō potestis esse liberi: qui occasionem datis vt peccetur in deū? Cesset ignis. et incendiū nō fit. Subtrahē gladium et homicidiū nō cōmittitur. sic tolle iuramentū et piurij nō fit. Nec de illis dicta sunt: qui iurant per deū. Eorū aut qui iurāt p elementa execrabilior est iniquitas. Celum aut et terram et cetera deus ad misterium sibi creauit: nō hoibus ad iuramentum. Ecce enī in lege precipitur. vt per nullum iuretur nisi p deū. Qui aut iurat per celum aut per terram aut quicquid illud est per quod iurat desiccat illud. Ideo idolatram se facit omnis qui aliquid iurat etiā si iurare liceret quia nō redderet dño deo suo iuramenta sua sed elementis. et dupliciter peccat. Primum quia iurat. Deinde quia desiccat per que iurat. Et vide quia per singula hanc rōnez dat cur quis nō debeat iurare per elementa. Neq; per celū inquit. q; thronus est dei et nō deus. Neq; p terram quia scabellum est pedū eius: nō dea.

Neq; per hierosolymaz. quia ciuitas est magni regis: nō magn⁹ rex. Neq; per caput tuum. quia nō potes vnus capillum album facere aut nigrum. Iac si dicat. Cuius momenti es vt per te iures. Nunquid potestatem habes vel vnus capillum album facere aut nigrum? Sine ergo per filios suos iuret quis: sine per se: sine per aliquem meliorem. facit illum q̄rum ad se deū.

**Audistis quia dictum est** antiquis. oculum pro oculo: dentem pro dente. Ego aut dico vobis: nō resistere malo. Quintum mandatū minimum q̄rum ad homines crudeles. qui peccare se nō arbitrantur si reddiderint mala pro malis. nō cōsiderantes que dicuntur in psalmo. Si reddidi retribuētibus mihi mala: decedam merito ab inimicis meis inanis. Quocunq; enim ille denumerat merito se pati debere si reddiderit retribuētibus sibi mala: sciunt christiani omnia illa se merito esse passuros si reddiderint retribuētibus sibi mala. Nā et casuri sunt ab inimicis suis inanes. et persecuturus est inimicus animas eorum et comprehensurus et cōculcaturus in terra vitam eorum et gloriā eorum in puluerem deducturus. Nū sine hoc minimo mandato mandatū legis nō potest stare. Quoniam lex precipiens oculum pro oculo: dentem pro dēte: tale hz pposituz. vt vnusquisq; (dū timet de suo mēbro) parcat alteri us membro. et nemo malus inueniat. Sed q;: ve mūdo ab scādalis. q̄dū est mīmus i hoc mūdo cui diabol⁹ pncipat: nec est abūdare maledicētes percutiētes et psequētes. Si q̄ cepim⁹ hz legis mādatū oib⁹ reddē malū p malū oēs efficiamur mali et solutum est ppositum legis. Et dum voluit etiam malos facere bonos; etiam et bonos